


لهم إني أنت عدو أعداءك و أنت عدو أعدائي
أنت عدو أعداء الدين وأنت عدو أعدائيني
أنت عدو أعداء إسلامك وأنت عدو أعدائيني
أنت عدو أعداء إسلامي وأنت عدو أعدائيني

لهم إني أنت عدو أعداءك و أنت عدو أعدائي
أنت عدو أعداء الدين وأنت عدو أعدائيني
أنت عدو أعداء إسلامك وأنت عدو أعدائيني
أنت عدو أعداء إسلامي وأنت عدو أعدائيني

لهم إني أنت عدو أعداءك و أنت عدو أعدائي
أنت عدو أعداء الدين وأنت عدو أعدائيني
أنت عدو أعداء إسلامك وأنت عدو أعدائيني
أنت عدو أعداء إسلامي وأنت عدو أعدائيني



DE
ODONTAGRIS AD DENTES
EVELLENDOS NECESSARIIS, EORVM
VI MECHANICA APPLICATIONEQVE

QVAEDAM PROPONIT

ET

NOMINE DISPV TATORII

QVOD

SVB VIRI EXCELLENTISSIMI, EXPERIENTISSIMI
ATQVE AMPLISSIMI

IOANNIS EHRENFRIED POHLII

MEDICINAL. ET PHILOS. D. OIANIC. PROF. PUBLIC. PHYS. PROV. MEDIC. OBSTETR.
LIPS. ACAD. IMPER. NATVRÆ CVRIOS. ET SOCIETAT. OECONOM.
LIPS. SODALIS

MODERAMINE FLORET

CHRISTIANO GOTTHELF SCHREYERO

DRESANO

MEDICINAE BACCALAVREO

SVMMOS IN ARTE MEDICA HONORES

GRATVLATVR

CAROLVS AVGVSTVS ANDREE

DRESDANVS
MEDICINAE BACCALAVREVS.

LIPSIAE D. II. APRIL. MDCCCLXXXIV.

EX OFFICINA BVESCHELIA.

K XVI
18/a



SPEYER & PETERS
Buchhandlung/Antiquariat
BERLIN NW. 7
Unter den Linden 39



Prooemium.

Iam diu animo inhaesit meo, instrumenta, ad dentes euellendos apta,
eorumque vim mechanicam applicationemque describendi, ac accurate
desiniendi cupiditas; sed difficultas, quacum quidem haec tractatio,
si pro rei vberitate exponi deberet, coniuncta est, longe enim maiorem
exigit operam, maiusque ingenii ac meae vires permittunt, me
detinuit a consilio proposito. Interim tamen incitauit me ad eam tan-
dem suscipiendam, difficillimus ex innumera sere instrumentorum copia
selectus optimorum, qui admodum difficulter et non nisi diuturna expe-
riencia perdiscitur. Deinde accessit et hoc, quod sub Patris hanc chir-
urgiae partem exercentis, fidelissima institutione, per multos abhinc
annos exercuerim artem medendi morbis dentium. Vnde fieri non
potuit quin quaedam propria confirmauerim ac didicerim expe-
riencia, atque sic instrumenta omnia vel saltem maxiunam partem vel
cognita mihi reddiderim vel ipse applicauerim. Denique vero et quaedam
optimi mei Patris instrumenta mutata ac emendata sic publici iuris sa-
cere optaui. Expecto ea propter benignos arbitros, qui neque pro
pruritu inani habeant hocce leue specimen, neque id ob leviores erro-
res statim contemnant. Cum vero maxime necessarium sit, ut Chirur-
gus chirurgicae suppellectilis constructionem mechanicam noscat, quam-
vis id supervacaneum multis videatur, tamen in applicatione ipsa maxi-
mae utilitatis erit. Inveniuntur vbiuis quidem hanc artem exercentes
Chirurgi, plane nulla, nec applicationis instrumentorum ratione, nec
eorum theoriae regulis imbuti; sed quales quantasque noxas humano
generi inferant, tota die videre licet. Nam miserrima ratione eiusmodi
empiricii, si dens statim non cedit, instrumentis variant, aegrotumque
divexant, cum unum iusto modo applicatum plerumque sufficeret.
Haec edocitus, indignum existimavi, eorum insistere vestigiis et theore-
ticam potius aliquam iam Dresdae cum degerem cognitionem ex praec-
ceptorum institutione acquisitam, deinceps Lipsiae mathematum cultu
perficiorem reddidi, quo firmiori fundamento mea qualiscunque pra-



Quia cognitio fulciretur. Ad omnes autem operationes sex instrumenta sufficient, quae relictis omnibus reliquis a Patre optimo, felicissimo cum successu solum adhibentur. Odontagra nimirum Pelicanum dictum, Forceps curua atque recta, Clavis anglica, Vnus cum hypomochlio (a Patre meo emendatus) et pes caprae, ea instrumenta sunt, ad quorum descriptionem, agendi applicandi rationem iam accedo. Multorum annorum quidem ad hanc artem recte exercendam requiri experientiam, certum est, interim vero nemo negabit, ut iam superius dixi, applicationem ipsam usu rationis ac cognitione constructionis instrumentorum ad modum facilem reddi. Omnia vero instrumenta ad euelendos dentes adhibita reuera ad vestium pertinent classem, commodeque in compositos ac simplices vestes diuiduntur. Simplices ob facilioriem applicationem prae compositis primas tenent, quoniam eorum vis facilius ex medici chirurgiae consilio moderatur. Simplicibus, Vnus cum hypomochlio, Clavis Anglica et pes Caprae, compositis vero omnes Pelicanorum et forcipum species ac varietates adnumerantur. Cum vero fabrica usus atque applicatio simplicium vestium facillima sit, statim me ad tractationem compositorum conuerto, atque primum Pelicanum describam.

De Pelicano.

Cel. HEISTERVS*) optimam Pelicani iconem in chirurgia sua exhibuit, excepto hoc forte momento, quod iusto minoris diametri rotam depingi curauerit. Deinde solummodo duas species vncorum nominauit, qui tamen saepe nec sufficient nec applicari possunt. Itaque Pater meus alios inuenit, postea accuratius describendos. FAVCHARTVS**) Gallus, Chirurgus in hoc genere clarus, etiam Pelicanum laudat, ab ipso inuentum qui loco rotae plano inclinato, corio obducto instrutus est, in quo cum instrumenti ex ligno constructo corpore vncus mediante ferreo axi coniungitur. At vero quibus incommodis instrumenta ex ligno constructa, planumque corio obductum, quali inmundicie obnoxia sint, intelligit quisque facillime. Nec minus laudandus est ille,

cum

*) Vid: LAVR. HEISTERI Chirurgia Cap. LXXIX. p. 562. Tab. XIV, fig. 23.

**) PIERRE FAVCHART Chirurgien Dentiste Tom. II. p. 142. Cap. XI. Tab. 21, 23, 24, 25, 26.

cum duabus inter se inuicem communi axi iunctis, a DIONIS *), BÜCKINGIO **) et BRAMBILLA ***) descriptus, vel ille Pelicanus rota mobili et semilunari a GARENGEOTIO ****) depictus. Quae SCVLTIETVS *****) in Armamentario suo chirurgico, quamquam nimis perua delineata instrumenta odontagrica describit, inter quae etiam Pelicani obliqua cum rota, vel plano inclinato sabrefaci mentionem iniicit, ea omnia, quoniam icones nimis paruae sunt, et ob expositionis brevitatem diiudicare non licet. A plurimis peritissimisque communi suffragio suscepimus Pelicanus, ex duabus constat partibus, nimium ex Vnco Tab. I. fig. 1. (A) et veste (B), qui iterum in rotam (C) et vestem vel manubrium (D E) diuiditur. Hoc ultimum artificiose constructum, ferreum parallelopipedum resert, in cuius inferiorem extremitatem cornuum plerumque capitulum immissum est. Fig. II. (A). Media inter rotam (B) et capitulum (A) locata pars, quadratam excisionem elimitatam habet (C), quae a manubrii capite procedente alatam cochleam Fig. III. (F) et Fig. IV. (a x) marem facile recipit. Huic vero cochleae mari alia foemina Fig. IV. (A) ita adaptata est, ut variis conuersionibus ad rotam adduci atque etiam ab ea remoueri possit. Aperturam hanc ferrea lamina vnco obuersa Fig. V. claudit, que insimul eminenti margine (B) cochleam in loco (B) Fig. III. tenet ne vacillare possit. Sicut etiam superius perforata est (C), quo foramine mediante cochlea ad manubrium superius Pelicani (Fig. II. D) firmatur. Foemina cochlea porro extus clavem ostendit (Fig. IV. A), ad quem vneus vel (B) cochleae vel elateris ope adfigitur. †) Vnkus (Fig. VI.) rursus in annulo

A 3

lum

*) DIONIS Cours des Operations, septième démonstration pag. 605. Fig. XI.
Pour les dents et les Gencives Num. 3.

**) BÜCKINGS vollständige Anweisung zum Zahnauszichen für angehende Wundärzte, 3te Abtheilung pag 43-55. Tab. 2. fig. 3. 4. 5.

***) BRAMBILLAE instrumentarium Chirurgicum pag. 78. Tab. XIX. Fig. 3.

****) JACQUES GARENGEOT nouveau traité des instruments. Tom. II. Tab. 71. Fig. 3.

*****) D. JOANNIS SCVLTIETI Armamentarium Chirurgicum. Parte I. pag. 23. Tab. X. Fig. 3.

†) FAUCHARTVS hanc firmationis methodum laudat in P. II. cap. II. pag. 148. citati libri.



lum (A), qui ad foeminam (Fig. IV. a) annexatur, in corpus (B), et in curuam partem (C) diuiditur, cui unci nomen proprio conuenit.

Totius instrumenti sex vel septem pollicum, unci trium et vnius quartae partis longitudo sufficit. Omnes partes autem bene accurateque ex chalybe non nimis duro construi debent, nam iusto maior dutie gradus fragilitatem, minor flexilitatem vncō conciliat. Rota autem optima ea videtur, quae non nimis paruum habet diametrum, nam applicatio difficilior est, quoniam talis fere semper a superficie convexa coronae proximi dentis elapsit.

Vncorum est etiam aliqua diuersitas, nimirum alii recti, alii in medio corpore curuati sunt. Fig. VII. (A). Illi recti, ad anteriores primos molares dentes, hi vero ad posteriores applicantur, nam recti ob buccas non ad posteriores dentes vsque pertingunt, et, quod si etiam attingerent, tunc propter distantem et longinquam rotæ applicationem, maior vis requireretur, totaque operatio fieret multo grauior. Quoniam autem communibus vncis radices euelli vix possunt, quia eorum anterior pars bidenticulata adeoque lata est: Ea de causa Pater meus duas nouas inuenit species, quarum primæ perforatiui, secundæ excuruati vnci, nomen imposuit. Anterior perforatiui unci pars Fig. VIII. (A) compressa, dimidiam partem longior, quam illa reliquorum vncorum, anterius acuta, incisuraque praedita est (B). Hi maximam præstant utilitatem in euellendis radicibus superioribus, si tota nimirum corona ad extremum alueoli marginem carie exesa sit. Nam ille vncus inter laminam maxillæ internam et gingiuas facili negotio immittitur, eum in finem, ut laminam maxillæ tenuem perforet, sicque radicem protrahat. Idem facile et commode in corpus radicum valde carie destruetarum immittitur, et hoc modo radix euellitur. Vnci huius anterior pars ob eam causam longior, ac in reliquis fit, quoniam alias eius corpus ad coronam, neque vncus tamen ad destinatum perueniret locum, inimo rota non ad proximorum dentium coronas sed gingiuas adponenda esset, vnde non solum operatio redditur difficilior, sed etiam inflammations, contusionesque a comprimente rota oborirentur.

In altera vnci specie, quam Pater meus cauam appellat, Fig. VI. (A) pars anterior non tam longa ac in prima fabrefacta est, sed paulo latior, superficie eius externæ conuexæ (B) interna concava respondeat (C), neque etiam incisuram anterius ostendit. Hic vltimus ad inferiorum dentium radices adhibetur optime, eius enim semicanalem ad
con-

conuexam radicis partem excipiendam valdopere aptum esse vel leuissimus aspectus docet. Nam latus communiter in vsum vocatus vncus (Fig. VII.) vicinum interdum, immo semper sere septum inter radices possum, simul corripit, quod et operationem impedit et quandoque cæriem in cacochymicis procreat, si maxillæ frustrum simul euellitur. Haec de Instrumenti partibus dicta sunt.

In vniuersum vero consideratum nostrum instrumentum, uti iam dixi, nihil aliud nisi vectis et quidem homodromus est, siquidem ad vectis naturam tria necessaria puncta, ut illud vis in manubrii capitulo, ponderis in cochlea foemina, et fixum seu hypomochlium in rota deprehenditur. Notum vero est omnibus, duo modo vectium genera in geometricis demonstrari, in quorum primo quidem hypomochlium Fig. X. (A) duobus reliquis punctis interpositum deprehenditur, in secundo vero pondus Fig. XII. (A) inter hypomochlium (B) et vim agentem (C) continetur. Hos homodromos, illos heterodontos vectes appellant. Noster Pelicanus vero homodromis adnumerari debet. Docet porro nos mechanica, eo facilius quoduis pondus moueri, quo proximius hypomochlio adpensum sit, contra mouentein vim requiri eo minorem, quo maior ratio inter distantias horum punctorum obuenerit. Ista tamen veritas in instrumento nostro non, nisi accuratori eius scrutinio, detegitur. Nam audiui multos, de eius mechanica agentes differentesque empiricos de hypomochlio loquentes, qui illud nunc in vncō, nunc in cochlea, qua vncus ad medium pelicani affirmatur, nunc in manubrio quaererent. Instrumentum nostrum talis vectis ἐμόδηρος est, cuius primas lineas Fig. XIII. ostendit. Semicirculus (oo) dentium ordinem, (a) locum ad quem̄ rota adponitur, (b) vncum aegroto denti applicatum significant, (d) vero punctum est, de quo pondus (B) dependet. Nunc vero figuram XIV. consideremus, quae harum partium schema mechanicum sicut. In hoc (a) hypomochlium, (b) punctum, cui pondus adfixum est, ad (d) vero vis mouens cernitur. Atqui primo intuitu quidem totius vectis vis mechanica duplo tantum aucta videri possit, quoniam (C) in medio sere est. At vero qui mechanica cognitione instritus est, in appensis ponderibus vectium ad directionem potissimum vis mouentis, immo etiam ponderis respiciendum esse bene scit, ut itaque vim ad angulum rectum applicatam maximam seu infinitam geometrac pronuncient, reliquos vero ex perpendicularis in lineam directionis dimetiri dicant. Ponamus itaque (B C) esse lineam directionis, secundum quam



quam dens a pondere (d) trahatur, erit igitur vera distantia applicatae vis eaj normalis, quae ex (A) in (BC) cadit, et ratio ponderis ad vim gentem sequens P : V = A D : A X. cum porro AX = Sin ang. ACX, quia sinus cum angulis continua ratione decrescunt, (AX) erit eo minor vis necessaria, quo minor angulus (C) fuerit. Similiter vero eadem proportione crurum vectis ratio crescit, usque dum si BC, cum (AC) coincidit, infinita sit. Quae theoretica veritas etiam ab omnibus eius artis magistris experientia docente inculcatur, omnes enim rotam quam proxime fieri possit vincu adponendam esse pronunciant. Sed in his dictis considerauimus vectem nostrum ac si vis mouens ad (B) applicata esset, eamque insignem necessariam esse ad pondus (D) mouendum, siue sustinendum demonstrauimus. Nonne vero ex eadem demonstratione sequitur, leuiori vi punto appensum magnum pondus ad (B) commode moueri? Atqui id in Pelicano sic est. Laudant eapropter plures empirici applicationem rotae ad proximum dentem, quamvis omnes theoriae et mechanicae expertes sint, et veram rationem ignorent. His pro virium modulo expositis ad Pelicanii applicationis descriptionem me conuerto. Ad cuius quidem praeparationem requiritur, ut Chirurgus ante operationem vincum pro re nata longiorem aut breuiores ope cochleae ad rotam adducat vel remoueat, eiusque distantiam dimetatur, id quod germanice (das Stellen oder Einrichten) dicitur. Hoc in principio difficile quidem est, et quotidiano usu ac applicatione demum discitur. Nam si mediante cochlea vncus nimis protruditur, in exercenda operatione rota sub eo posterius elabitur; si vero nimis adducitur, tunc ea antrorum discedit, et in utroque commissio errore remanet euellendus dens. Interim hoc semper obseruari debet, quod in anterioribus dentibus proximius adducendus sit vncus rotae, breuioresque efficiendus ac in posterioribus. Itaque semper eius proportio ad rotam vincumque est attendenda. Deinde ante applicationem instrumenti primum a Chirурgo figura, situs dentis, eius caries, an nimis rumpitur corona intrinsecus, vel in media parte, vel extrinsecus aut ad latus exesa sit, perscrutandum est. Posthac vero instrumentum vnicque eligendi sunt. Nam si intrinsecus corona carie destrueta est, tunc semper ad sannam partem coronae vncus applicari debet, seu post aut ante illam, quam incommodam affirmationem germanice (Ein falscher Ansatz) dicunt, quoniam semper corona intrinsecus integra, vncus in medio eius affixandus est. Porro ad vicinos dentes praecipue Chirurgus respiciat, an illi integr-



integri sint nec ne, aut plane deficiant. In priori casu vicini dentis corona compressione rotæ destrangeretur: in posteriori vero, cum nullum sulcrum rota habeat, loco eius laminula metallica, argentea moneta, subtilitati debet. Ratione applicationis vero instrumenti, Chirurgi variis methodos sequuntur. Nam hic rotam ad gingiuas, ille ad superiorem coronæ partem, aliud denique extrinsecus ad labium affirmit. Nonnulli porio nunquam linteo instrumentum obuoluunt, sed nudum applicant, haec ratione vero modo non solum aegrotus instrumenti frigore perturbatur, sed etiam exinde inflammations, compressionesque eueniunt graues. Sunt tamen, qui splenium ex linteo ad rotam adluunt, vel corium, quae cautio quamvis compressionem diminuit, ob immunditiam tamen laudanda non est. Optime est, quod Chirurgus totum instrumentum, tresque partes vuci, linteo obuoluat, que operatio Germanice (das Einschlagen) dicitur, quo vincus firmior operi lintei adhuc reddatur. Ante operationem vero a chirurgo dolens dens et vicini perscrutandi sunt, sicuti etiam conueniens situs aegroti disponendus. Plures chirurgi solent adhuc dentes, aegrotis terrae pulvinari insidentibus euellere, hoc vero aegroto Chirurgoque valde incommodum est. Pater meus contra semper aegrotum iussit sellae insidere, pone quam alia adhuc ponitur, eamque consensu operationem suscipit. Ponamus nunc hominem, in maxilla inferiori dextri lateris, doloribus secundi magni molaris laborare, cuius vero corona in media parte carie exesa et reliqui vicini integri sint. In hoc casu operationem aegroto in sella locato, Chirurgus sequenti ratione exercabit. Et ante omnia quidem gingiuas d. iti adhaerentes separabit, qua encheiresi, ut a multis sit, neglecta, ssepe dilacerationes, et exinde malignae suppurationes, haemorrhagiae et intumescentiae eueniunt. Imo etiam gingivæ tam firmiter coronae agglutinatae sunt interdum, praecipue in posterioribus molaribus, ut se in operatione extendant, extractumque dentem in sacrum quasi, diductæ sequantur, ut cultro laciniae extirpandæ sint. Remotis itaque gingivis Chirurgus instrumentum sic prehendit, ut pollicem inter rotam et vincum interpositum, reliquis cum digitis Pelicanum firme teneat. Quo saepe sellam post aegrotum positam concendit, primumque sinistra manu mentum tenet, indicemque eiusdem manus externæ, pollicem vero internæ superficie coronæ dolentis dentis apponit. Deinde instrumentum dextria manu in os inducere vincumque primum ad medianam superficiem internam coronæ, iuxta



finistriae pollicem, rotam vero ad coronas vicinorum apponere firmiter debet. His peractis, pollice vncus, rota indice vero firmiter tenenda est, quoniam alias vix non semper rota vel vncus elabitur, sicque vici-nus dens euellitur. Instrumento ita applicato manubrium primum paullo sursum, deinde tam diu leniter antrorsum mouetur, donec chirurgus dentem ex loco suo cedere sentit, quo tempore motus recte accera-tur. Nunquam vero initio festinari decet operationem, quoniam saepe corona diffringitur, preeprimis si cariosa est. Deinde fortiori actione interdum externa mandibulae lamina ob nimiam instrumenti vim inflebitur saepeque frangitur, id quod etiam ad finem operationis fieri potest, quoties chirurgus dentem inflexum manu plane eradicare cupit aut mo-tum renouat. Euulsus quidem est hac methodo dcs, at vero pree-ualet, si chirurgus semper forcipe instructus, illa dentem eruit. Ad den-tem plane eradicandum autem non semper forceps requiritur, sed ille leuatus et sufficienter inflexus, tunc leni pressione pollicis manus simi-strae ad eius coronam extrorsum instituta, facile eruitur, quae opera-tio sive motus Germanice (das Ausschlagen) dicitur. Accidit etiam non raro, quod dens plane hoc motu ex alueolo presius, adhuc in gingiuis hacrens remaneat, si nimirum separatio gingiuarum supra commendata neglecta fuit, tunc deis cultro chirurgico separandus erit. Hoc vero cum aegrotum semper perturbet, sequenti leui operatione commode euitatur. Chirurgus videlicet cum indice illius manus, in qua tenuit instrumen-tum, leniter coronam deorsum premit, qua pressione radices ascendunt. Nuñc apices ascendentium radicum cum pollice alterius manus corripit, firmiterque tenet. His obseruatis, indicem, ad coronam applicatum introrsum vrget, quo motu gingiuae leniter separantur. Id quod theo-tisce satis concinne (das Abstreifeln) audit. De euellendis radici-bus, infringendisque acutis dentium spiculis possent adhuc quedam addi, at vero cum eandem omnes hae operationes theoriam sequantur, et praeterea pleraque radices facile eradicentur, nam vix non omnes iam abscederunt et vacillant, non operae pretium duco, de his diutius differere, vsu apprime perdiscendis operationibus, sed statim ad forci-pum expositionem progredior.



De Forcipibus.

Ex insigni illo inuentarum forcipum numero, quem utpote superfluum, enarrare nequeo, tres earum species, nimirum duas curvas et unam rectam, omnibus operationibus huius instrumenti ope exercendis aptas, describere conahor. Nam unusquisque fere chirurgus dentista proprium formum speciemque forcipum laudat, reliquisque instrumentis omnibus anteponit. Huic mox rostrum longum, acutum, insigniter curuatum, illi magis rectum, aut una eius parte altera breuius arridet, et plerique operosissimas cum suis instrumentis felicesque exercent operationes. Ex quo consequi videtur, in exhaeresi consuetudinem plus valere, quam optimam instrumenti mechanicam constructionem. **SCVLTETVS** *) iterum plures species forcipum in Armamentario suo, sed minoii fornia ut et **DIONIS** **) adumbravit. Meliores imo optimas autem formas **FAVCHARTVS** ***) praecepit vero **BUCKINGIVS** ****), **BRAMBILLA** *****) et **GARENGETIVS** †) nobiscum communicaverunt. In quibus iconibus nihil quod carpam habeo, nisi hoc, ess omnes, ex mea sententia rostrum nimis incuruatum ostendere. Quoniam vero **GARENGETIVS** constructionem forcipum egregie descripsit, hanc praeteream, et solummodo eum, in rostri formae descriptionis modo, sequar, deinceps de totius instrumenti vi mechanica, usque ex eo expectando verba faciurus, nonnullaque propria ultimo loco adiecturus. Forceps generatim in tres diuidi solet partes, videlicet in anteriorem seu rostrum Tab. II. Fig. 1. (A), medium seu

B 2

iun-

*) **D. JOANNIS SCVLTETI** Armamentarium Chirurgicum. Parte I. pag. 23.
Tab. X. Fig. 4.5.

) **DIONIS Cours des Operations, septieme demonstration' p. 605. Fig. XI.
Pour les dents et les Gencives Num. 2.6.7.8.

***) **PIERRE FAVCHART** Chirurgien Dentiste Tom. II. p. 121. Cap. X. Tab.
19. 20.

****) **BUCKINGS** vollständige Anweisung zum Zahnauszichen für angehende H'undärzte, 4te Abtheilung pag. 66. Tab. I. fig. 1. 2.3. 4.

*****) **BRAMBILLAE** instrumentarium chirurgicum p. 76. Tab. XVIII. Fig. 3.
4. Tab. XIX. Fig. 5.

†) **GARENGET** nouveau traité des instruments &c. Tom. II. Article VII.
Tab. II. Fig. 81. no. 1.2.



iuncturam (B), et posteriorem seu manubrium (C). Subdiuisiones rostri et manubrii in duas partes, nimirum ut anteriorem, quae interna (m) et posteriore (n) quae externa dicenda esset (n), instrumenti intuitus docet. Inferiorem manubrii partem (b) in pluribus forcipibus cochlea instructam (D) deprehendimus, qua superior pars (a) ab inferiori (b) remouetur. Id vero inutile iudicamus; nam cochlea si nimis adducitur, manus actionem impedit, facitque, ut rostri apices coronam non satis comprehendant, si minus, nullum ysum praefat alium, quam ut mechanicus instrumentum carius vendere possit. Quinimo interduin loco cochleae elater adferruminatus deprehenditur, qui semper superiore laminam ab inferiori dimoueat, sed et hic idem vitium habet, nam maior vis ob elateris resistentiam adhibenda est. Prooe mio meo iam forcipes ad compositorum vectium genus retuli. Tria videlicet ad vectis naturam necessaria puncta, illud ponderis in rostris, quietis seu hypomochlium in iunctura, et tertium applicatae vis, in utroque manubrio habet. Patet simul forcipem ad vectium heterodromorum genus pertinere, quo hypomochlium, inter pondus et vim positum, deprehenditur. Quod autem ad mechanicam forcipum considerationem attinet, palam esse opinor, omnes ad speciem viam referriri posse. Quippe scire omnes ut duo vectes uno hypomochlio iuncti atque conferruminati considerari merentur: *) In primis lineis forcipis Tab. II. fig. 2. designatis, cernuntur sub (a et b) rostrorum apices, siue puncta, quibus euellendi dentis corona corripitur, ad (c) axis siue commune hypomochlium est, in (d et e) vero manubriorum extrema, quibus siue a comprimentibus digitis, manusue vola vis applicatur, conspicienda sunt. Fluit vero ex simplicissimis vectium regulis, in recta forcipe compressionem dentis eo validiorem fortiorisque fore, quo maior ratio inter rostrorum atque manubriorum longitudinem intercedit, imo eam tantam euadere posse, quae sub leui compressione coronam dentis rescindat. Hoc autem cum contrarium sit operatoris voluntati, respiciendum ad id est, ut maxime commodam inuenias distantiarum rationem, quae nec nimiam compressionem requirat, quod chirurgo incommodum est, neque.

*) Quod omnino non omnes ad hoc genus pertineant, docent volsellae ab RICHTERO in eius Bibliotheca Fascic. VI. Part. I. pag. 343. Tab. 2. 3. descriptae, quae admodum compositae sunt, nam planum inclinatum cum vecte combinatum habent..

neque tamen dentem contundat. Experientia autem eam quam numerus quinarius ad unitatem exprimit, pro ratione longitudinis manubrii ad eam iostri maxime commodam tutamque comprobavit. Rostris itaque longitudo, si ab hypomochlio vnius pollicis est, requirit quinque pollices longa manubria. Eodem pene modo res se in curuis forcipibus habet, in quibus tamen semper distantia punctorum ponderis, per normales ex rostrorum apicibus in manubrii continuatam axem ductis, dimetiri debemus. Sic ad curuam forcipem demonstrandam eadem secunda figura sufficit, nam modo ductis rectis ex (d e) per extrema manubriorum atque communem axem, in has normales lineae ex apicibus rostrorum diuittantur (m a) (n b), quae ubi priores secant, distantiam ponderis ab hypomochlio indicabunt. At vero cum uterque vecdis simul agat, et una distantia ponderis semper altera breuior sit, (nam nec breuior est m c,) erit vis media forcipis posita in media proportionali inter (m) et (n) ad (o) fere. Nos in nostra forcipe distantiam ut 1:6 deprehendimus. Ex quo consequitur, chirurgum sextuplo minori vi dentem tenere posse ope forcipis, quam si nudam adhiberet manum, Oritur et ex forcipum usu hoc eximum commodum, quod semel corruptum dentem firmum sanumque illum, torquere, exque suo lueolo prolicere possit, quippe tota forceps ad dentem applicata, ut viuum corpus considerari meretur. Etenim nunc forceps cum dente iuncta vecdis munere fungitur, qui in maxillae alveolum dentisque exitum retardantes gingivas agit. Cum vero felix usus totius instrumenti ex rostri praecipue conformatio ne dependeat, ad eius me conuerto descriptionem. Hoc ex duabus partibus constructum est, quae aequales, curuatiae, interne excisae, anterius lagae et incisae esse, atque arcte anterius sese tangere debent. Excisio seu spatium internum magis ad ellipsos formam, quam circuli eliminatur sit, nec inferior pars breuior ac anterior labefacienda est, quod vitium in plurimis forcipibus occurrit. Experientia enim quotidiana et Physica nos docet, quodvis corpus vel pondus a cireumpositis rebus eo firmius teneri, si plane ab iis comprehenditur, sive quo plura puncta contactus communia habet. Elliptica forma eliminatum rostrum vero magis conuenit cum ea dentis quam circuli, ideoque minor vis in comprehendendo manubrio requiritur. Porro cum rostra nimis excavata inferiorem coronae partem modo comprehendunt, sit ut plurimum, ut coronam rescent, praecipue si interius carie excavata fuerit. Inferiori autem rostri parte breuiore facta, oritur hoc satis graue incommodeum, quod ex-



tremum manubrium magis inclinatum difficiliter inde moueatur: id quod aequali rostrorum longitudine praecaueri poterit. Forcipis applicatio grauis, varioque modo a chirurgis celebrata, encheiresis est, quippe quam alii aegrotis in terra sedentibus, alii iis stantibus, adhibent. Optimum vero videtur, ut et in hoc casu aegrotus in sella sedeat. Ratione situs, quem Chirurgus obseruare debet, differentia aliqua quoad diuersos dentes obuenit, nani incisores, canini & primi inferiores molares a Chirурgo ante aegrotum stante; molares posteriores, praecipue superiores, post eum locato facilius euelluntur. Si nunc dentis conditio nem chirurgus disquisiuit et forcipis speciem elegit, hanc sequenti modo corripit tenetque. Tres maiores digitii nimirum ad inferiorem manubrii partem, minimus inter eius laminas, pollex autem prope iuncturam ad minimi latus ponendus est. Primis vero phalangis digitorum et vola manus superior pars, seu lamina manubrii, firmiter tenetur: inferior vero lamina ope digitii minimi a superiori remouetur. Ante applicacionem vero pollex alterius manus ad euellendi dentis coronae externam, index vero ad eius internam superficiem adduci debet. Quodsi nunc inferiorem maxillarem primum dextri lateris nimium dolere, et eapro euellendum esse supponamus, tunc peraget peritus chirurgus operationem sequenti modo. Ut primum inferiorem rostri partem, ad marginem semilunarem ginguarum iuxta pollicem apponeret, manubriumque tunc eleuaret. Hoc enim motu superior seu interna rostri pars supra dentis coronam sua sponte adscendit, quae postea ad coronae locum interne alterius manus indice iam indigitatum, affirmatur, simulque manubrium comprimitur. Vtrum vero hoc fortiter, an leniter tantum comprimentum sit, cum coronae integritas, tum experientia, haecque optime docet. Priusquam vero vim adhilhet dentemque eruit, cum pollice et indice partes rostri comprehendendae firmiterque tenendae sunt; qua cautione secessus forcipis a dente impeditur. Nam saepe accidit his neglectis conditionibus, ut forceps in proximum incidat dentem eumque euellat. Manubrio nunc compresso id paullo deorsum mouetur, quo motu intelligitur, an partes rostri rite applicatae sint, coronamque dentis firme comprehendant. His omnibus obseruatis euellio ipsa est instituenda. Et quamvis quidem plerique putant, dentem aliter euelli non posse forcipe, quam si perpendiculari modo trahatur. Vidimus tanien ea ratione operantes saepius, in puluillo sedentes aegrotos simul cum dente sursum traxisse, sicque persaepe dentes vel resciſſos

vel

vel immotos relictos fuisse. Eaque propter in unico easu hac ratione operationem sieri posse opinamur, si dens iam in alueolo suppurato vacillat. Multo melius forcipe res agitur sequenti modo. Videlicet primo dens extrorsum manubrii depressione inclinatur, deinceps si alueoli lamina, quod tantum non semper sit, aliquantum recessit, is leniter repelli, tandemque valde, ac quam eelerrime eradicari debet. At vero ille celer, simul vero moderatus motus, summam manus exigit depleri tamen. Quando vero dens iam extrorsum inclinatur, vacillansque fuerit, torquendo hreui manu eximitur. Cum vero primi molaes, canini, incisoresque latiori rostro instructa forcipe tuto euelli non possint, siquidem in angusto, et praecipue in infantum dentibus, latum rostrum facile vicinum dentem corriperet, vel conquassaret, ea propter Pater meus de ea emendanda cogitauit forcipe, fabrefacientiamque curauit talem, cuius rostrum anterius compressum sereque acutum sit. Tab. II. Fig. III. (a) et quam unice anterioribus dentibus dicavit. Applicatio eadem fere ac prioris est, nisi quod, de qua mox dicam præparatio, ipsam applicationem præcedere debet. Nimirum ad felicem facilemque operationem multum consert, si canini et incisores ope Pelicai, ex alueolo subleuantur et quasi concutiuntur, sic enim ad exitum præparati forcipe facilissime eradicari poterunt. Plerumque enim hac multo difficultius extrahitur dens, quam cum pelicano sit, quoniam illa vix non semper de dentis corona degliscit, id quod praecipue in cuneiformibus incisorum coronis obseruari licet. Deinde ne stant saepius radices incuruae, flexae, vel in alueolis diuaricatae diuturnam moram, quae si cum maxilla penitus coalitae fuerint, nou, nisi cum huius iactura fracturaque, summa adhibita vi, extorquentur. Forceps vero cum admodum circumscripta vis insit, liquere arbitror, iisdem multo tutius ac omnibus reliquis dentes euelli. Praecipue vero si infantibus puerisve haec exhaeresis adhiberi debet, forceps optimum videtur instrumentum esse, quoniam iufantum dentes non srimiter infixi sunt, atque reliquis latioribus instrumentis tam saepe, immo saepius vicinus dens ac dolens euellitur.

Forceps, quam Pater meus emendauit, a communi in eo differt, quod rostrum cum manubrio nullum sere angulum intercipit, illudque semper longius ac in reliquis est, cum quibus caeterum ratione constructionis conuenit, ut et longitudine, quae sex pollices transuersos non



excedit. Cumque in plurimis forcipum rectarum speciebus curuina dicta rostra proxime ac arce ad se accedant, superficies earum externae multum convexae sint, sicuti etiam manubrium parum curuatum ostendunt, in describenda specie contra, partes rostri paullo a se distant. Fig. IV. Tab. II. (A) anterius sese modo attingentes, (B) ut internum spatiū ad lens formam elimatū sit, (C) quod ideo factum est, quoniam recta rostra nunquam coronam ex omni parte comprehendunt. Una lamiua manubrii recta (D), altera autem extrinsecus curuata (E), quo forceps firmior manu teneri possit. Haec forceps eodem modo ut curua manu tenetur applicaturque, solummodo alterius manus indice labium superius (si unus superiorum incisorum euellendus est) reprimatur, pollice vero denti euellendo, reliquis digitis ad buccam externe affirmatis, forceps applicetur. In operatione autem prius manubrium sursum mouere, quo dens extrosum discedat, deinde dentem paullo torquere et tunc deorsum trahere, conuenit, quae vere Iomnia exacte peragi debent, ut nec manubrium valde comprimatur, nam sic corona dentis discedit, nec negligentius teneatur, sic enim remanet, quem extrahere animus erat, dens. Demum nunquam, ob timendam dilacerationem contusionemque gingivuarum, earum separatio ante operationem instituenda negligatur. Eiusmodi enim vexata vulnera, multa Chirurgo aegrototique facessunt negotia, quin ob perpetuam frictionem ciborum, linguae et buccarum attritum, semper icternumque affluxum saliuæ difficulter admodum sanantur. Haec de forcipibus sufficient. Attamen nonnulla supersunt de vsu ab anonymo Gallo inuentae forcipis, qua dens perpendiculari modo euelli dicitur, et quam in Bibliotheca chirurgica RICHTERI adumbratam cernere licet, ad quam Iconem lectorum benivolium remittere cogor. Hoc valde compositum instrumentum autem in permultis casibus plane inutile est. Nam primo ad posteriores molares, ob magnitudinis latitudinisque cauissim applicari nequit. Deinde si corona dentis nimis carie consumta fuerit, ea semper compressione partium rostri frangitur, cuius mobilis pars sub manubrii compressione a plano inclinato semper firmior comprimitur. Aliud porro incommodum huius instrumenti est, quod omnes dentium radices unam eandemque non habent figuram, quippe si radix vere conica nec curuata est, operatio facile tali cum instrumento esset exercenda. Sunt vero radices plurimae curuatae aut inferius nimis a se separatae, aut totum intersitium maxillæ coalitum, in quibus omnibus casibus semper corona dis-

discédat, necesse est. Deinde illa vicinis dentibus affirmanda fulcra coronas earum, si nimis carie destructae fuerint, vehementi compressione tantum non semper frangunt. Si vero vicinorum dentium unus breuior fuerit, rostrum forcipis dentem oblique comprehendere et in vicinum vrgere, quilibet videt. Quinimo in superioris maxillae dentibus, tenuiori lamina superius munitis, iisque infantum radices vicinorum dentium laminam maxillae vt cunei adachi perforabunt, vnde facile fissurae cariesue maxillie, periostii inflammationes iniumententiaeque oriri poterunt, vt nihil dicam de doloribus gingivarum a compressione fulcrorum, si vicini dentes plane desunt, oriundis.

De clave Anglicā.

Hocce respectu mechanismi facillimum instrumentum a multis, nec sine causa, vilipenditur, nam a minus assuet manu adhibitu plerumque nocet. Accedit et hoc, quod non omnes dentes, vt v. c. posteriores molares, euelli possint, quoniam instrumenti cylindricum tuber ob angulum maxillae satis profunde applicari nequit. At vero interdum magnum praestat utilitatem, vbi nimisuni vicini dentes vel plane desunt vel vacillant. Structura huius instrumenti admodum varia est, nam vix species eius inuentas et in BRAMBILLA *), BUCKING-
GIO **) delineatas enumerare poterimus, quae omnes in eo discerunt, quod cylindrica eius instrumenti pars nunc magis conuexa, nunc compressior, nunc amplior, nunc plane rotunda sit. In aliis trabs ferrea vel in superiore vel in inferiore parte tuber cylindricum perforet. Mihi vero optimum videtur, si trabs ad medium cylindri partem (vid. Tab. III. Fig. 1. C.) annexa est, quoniam sic vis in torquendo adhibenda fortior euadit, sicuti etiam melius locum appositionis indicat. Longitudo sex pollices emeritur in nostro instrumento, cuius una extremitas manubrio tres pollices ***) lato, (Fig. I. Tab. III. D.) altera vero quali cylindro

*) BRAMBILLAE instrumentarium chirurgicum p. 76. Tab. XVIII. Fig. 1. 2. Tab. XIX. p. 76. Fig. 6.

**) MÜCKINGS vollständige Anreitung zum Zahnauszichen für angehende Zundärzte, 4te Abtheilung pag. 76 Tab. III. fig. 8.

***) In plurimis huius instrumenti speciebus inferior trabis pars perforata aut cochlea instrueta est, cui manubrium adfigitur. Praestat autem manubrium ex cornu, ligno, eboreuc constructum trabi annexum.



lindro tuberculo instructa est. In tuberis vno latere vncus circa cochleam versatilis inhaeret, et oppositum laeue conuexumque est. In genere Clavis Anglicæ vestis simplex est, adque id genus, quod hypomochlium ante punctum ponderis situm habet, pertinet, vt punctum vis in manubrio et trabe ferrea, ponderis in vncio et quietis seu hypomochlium in cylindro ouali contineatur. Totum vero instrumentum quatuor partibus absoluitur, nimirum trahe ferrea (C. Fig. I.), manubrio (D) cylindro ouali (B), et vncio (A). Antequam vero ad eius applicationem me accingo, nonnulla de structura vnci, cylindri oualis, et iis dentibus dicam, quituto hocce instrumento euellendi sunt. Illa cylindri pars, vel potius illud tuber ferreum (A. Fig. II. et B. Fig. I.) in vernacula (die Fleisch) dictum, superius incisum est (b), ad quam incisuram inferior vnci pars ope cochleae (Fig. III. a) infigitur. Hoc tuber vero oualem formam, nec planiorem compressam, nec rotundam habeat, nam rotundum, vt in torquendo solummodo, vnum et eundem locum comprimat, necesse est. Oualis vero formae tuber arcte toti superficie exterae maxillæ incumbit, in torquendo leniter ascendit, simulque laminam externam maxillæ, quae semper a dente ex alveolo cedente frangitur vel saltem iuslectitur, rursus adprimit. Vncus commode in tres diuiditur partes, in inferiorem (Fig. IV. A) foramine instruam, qua cochlea ad tuber ferreum annequitur, in medium vt curuam (B) et anteriorem vt latam incisamque partem (C). Maxima vero utilitas vnci ab eius structura dependet, nam plurimi nimis curui aut breuiores sunt. Iustus modus est, si chorda ab inferiore vnci parte vsque ad anteriorem annuli marginem ducta, in maioribus non amplius quam octo, in minoribus sex lineas dimetriatur. Cum illo enim solummodo secundi ex magnis dentibus molaribus, cum hoc minori vel primi duo minores molares euellendi sunt. Magno quippe molari minorem vncum si adhibere velles, tunc' tuber ad coronam eius apponendum esset, quo ipso motus difficilior redderetur. Quodsi autem tuber nimis ab vncio distat, vt in Fig. VI. cernitur, dentem non sursum leuando extrahit, sed conquassando potius, extimamque mandibulae laminam confringendo gingiuasque premendo nocium euadit. In tubere autem ad coronam affirmato haec absconditur, quoniam omnis vis ad internam et externam coronæ superficiem applicatur. Optima itaque media via est, si ad Vtae figuræ Illtiae tabulae modum operatio instituitur. In genere optima forma vnci ea est, qua dens nunquam ab eius curua parte tangitur. Prognosin

sin operationis quod spedat, ea maximam partem a situ dentis gingiuarumque dependet. Primo loco enim hoc instrumentum melius in inferioris applicatur maxillae dentibus, nam in superiori applicatio longe difficultior est. Porro semper abscissionis coronae metus esse debet, si ea nimis carie destructa, aut si radices curvatae sint atque distant, aut plane cum maxillae substantia concreverunt, id quod ex inaequalis coronae cruciataque eminentiae sive diiudicari poterit. Itaque corona dentis hac machina eradicandi solummodo in media vel anteriore aut lateralí parte, leviter carie destructa, gingiuaeque sanæ esse dehent. Si scorbutus enim gingiuas occupavit, tunc a nimia compressione magnæ haemorrhagiae, suppurationes, immo etiam interdum sphacelus compressæ partis eveniunt.

Applicatio huius instrumenti tali modo peragitur. Aegroto in sella medicea magnitudinis coll'ocato, tenet Chirurgus vna manu instrumentum, alterius vero manus indice ad superficiem internam coronæ ducto, polliceque ad superiorem coronæ partem vicini dentis appresso, reliquos digitos extra oris cavitatem collocat. His obseruatis et instrumento industo, vincus Fig. V. (a) adfigitur coronæ internæ superficie prope radicem, quam proxime fieri potest. Cylindricum tuber (b) autem gingiuæ externæ paulo infra eius marginem apponitur, qui locus instrumenti sulcrum est. Postmodum apponitur sinistram manus index ad vincum firmiter, tandem, rotatorio motu dextra manu in manubrio instituto mouetur cochlea (c) ad circuli arcus directionem versus (e), eandemque viam sere Vinci extremitas, eaque comprehensus dens legit. In instituendo vero motu rotatorio caueat sibi chirurgus, ne manubrio vacillet, rotatioque primo lenis, deinde celerior peragatur; nam si celeriter torquet, lamina maxillæ externa fnditur, id quod saepius in senioribus hominibus accidit. Vacillando autem vincus elapsit, vel coronam dentis vicini comprehendit eripitque. Sed inuerso etiam modo clavis tuber, ad internam mandibulae superficiem videlicet applicari solet, si in internam coronæ superficiem caries profundos egerit cuniculos, externa autem adhuc integra fuerit. Haec vero applicationis methodus variis non leuibus laborat incommodis, nam ex ea haud raro inflammationes gingiuarum et linguae oboriuntur. Ut de motus rotatori difficultate nihil dicam, cum ob trahem ferream ad coronas dentium incisorum appressam, aptam tuberis applicationem difficultiam reddi nulla prorsus egeat dilucidatione.



De Vnco cum hypomochlio.

Exstant quidem apud autores, ut SCVLTEVM *), HEISTERVM **), DIONISIVM ***), BRAMBILLAM ****), BUCKINGIVM *****), et alios plures huic instrumento analogae Icones. Ast omnes istae species hodie non amplius adhibentur, quoniam experientia satis docuit, quae mala, acuti plani inclinati anteriusque dentati compressionem sequantur. Instrumentum hocce, vti clavis Anglica, in quatuor dividitur partes, nimis in manubrium Fig. VIII. Tab. III. (a), cum trabe ferrea, planum inclinatum (b), vincum (c). Reuera autem illud simplex vestis ex eorum genere est, quorum hypomochlium post punctum ponderis cernitur. Pondus in vnci connexione cum trabe haeret, quae ope cochleae sit, quietis punctum seu hypomochlium in plani inclinati interior parte, vis autem in manubrio deprehenditur. Ante vero eius applicationem describere quam possum, nonnulla de emendatione huius instrumenti a Patre meo optimo instituta proferre liceat. Cum enim in eo, quod SCVLTEVS depingi fecit instrumento, fulcrum cum vnci curvatura fere integrum circulum formet, acutumque sit, quo ad operandum plane inutile instrumentum redditur, quippe quod gingivias dentationibus sauciat, fracturam externae laminae mandibulae producit, eapropter Pater meus hisce incommodis sequenti modo prospicere tentauit. Instrumento sex pollices longo trabem ferream inferius conico manubrio instrui (E. Tab. III. Fig. VIII.), in manubrio opposita parte vero fieri planum inclinatum (b) fecit, quod latitudinem digitii minimi, longitudinem vnius pollicis habeat, et quod anterius paullo reflexum cernitur. Ad huius plani radicem fissura est, quae vncum ope cochleae firmandum recipit, (D.) Is vero idem fere est, ac in Clavi anglica, vncique lata pars siue dentes fere cum plani inclinati anteriori margine coincidunt. Hoc planum inclinatum totam maxillae laminam comprehendit, et in operatione idem praestat, quod tuber clavis Anglicae. Cum quo et in eo

*) D. JOANNIS SCVLTEVS Armamentarium Chirurgicum. Parte I. pag. 22. Tab. X. Fig. 7.

**) D. LAVR. HEISTER Chirurgia P. II. Tab. XIV. fig. 22.

***) DIONIS nouveau Traité &c. Tom. II. p. 65. Fig. XL. Pour les dents & les gengives, no. 4.

****) BRAMBILLA c. l. Tab. XVIII. p. 76. fig. 5. 6. 9. 10. Tab. XIX. p. 78. fig. 1.

*****) BÜCKING Anweisung &c. 2te Abth. p. 72. Tab. II. fig. 1. 2.

eo conuenit, quod in omnibus dentibus applicari non possit, sed tan-tum ibi, vbi clavis Anglicæ indicatur, quæ itaque hic non repetam. Eo autem aequæ commode superioris maxillæ dentes quam inferioris euelli possunt. Si eius applicatio requiritur, Chirurgus teneat post ae-grotum sellæ insidentem locatus, linteo obuolutum instrumentum, illudque ad anteriorem partem trabis pollice apposito firmer. His ob-servatis pollex alterius manus ad internam, index vero ad externam euellendi dentis superficiem apponendus est, reliquis digitis mentum amplectatur Chirurgus. Deinde planum inclinatum ad gingiuas prope in-dicem apponit, quo factò deprimendo manubrio vncus supra coronam dentis ducitur et ad eius radicem cum pollice alterius manus firmatur. Leni postea tentandum est motu, num dens firmiter satis teneatur, nec ne: tunc si hoc est, mouere incipiat chirurgus sequenti ratione. Ma-nubrium nimiruni tam diu sursum attollitur in superiori maxilla, quem easum iam enarrauimus, in inferiori deorsum, donec dens plane ex loco dimotus fuerit, qui deinceps indice illius manus, in qua instrumentum tenetur, subito ad vncum externe applicato, manubrioque paullo in-trorsum presso, breui elabitur. Circa plani inclinati applicationem prae-cipue tenendum est, ne illud nimis alte aut profunde, sed eo modo, quem Fig. IX. Tab. III. exprimit, applicetur, ob eandem causam, quam in Clavis Anglicæ descriptione iam laudauimus.

De Pede Caprae.

Ex omnibus fere inuentis instrumentis hoc et simplicissimum et opti-mum deprehenditur, uti omnes, qui illo operari didicerunt, con-tendunt. Huius instrumenti etiam plures species, patrum, si dicendum quod res est, inter se diversæ inuentæ sunt. SCVLTETVS *), FAV-CHART VS **), GARENGEOTVS ***) , DIONIS **), BRAMBILLA ****) et BUCKINGIVS †) descripsérunt eas. Totum hoc instrumentum lon-

C 3

gitu-

*)) SCVLTETVS I. c. Tab. X. fig. 8. 9.

**) PIERRE FAUCHART Chirurgien Dentiste Tom. II. Tab. XVIII. fig. 1. 2. 3.

***) GARENGEOTV nouveau traité des instruments &c. Tom. II. Article VIII. Tab. II. Fig. 87. no. 1. 2.

****) DIONIS Cours des Operations, septième démonstration p. 605. Fig. XL. Pour les dents et les Gencives Num. 1. 5.

*****) BRAMBILLA Tab. IX. fig. 4. Tab. XVIII. fig. 7. 8.

†) BÜCKING 5te Abth. p. 58. Tab. III. fig. 11. 12. 14.



gitudinem quinque pollicum habet, quod commode in tres partes diuiditur, nimirum in manubrium, trabem ferream (Fig. X. A.) et planum inclinatum (B). Praecipue hoc instrumentum ad simplicissimum genus vectium pertinet, ut illud punctum ponderis in plano inclinato, quietis seu hypomochlium a maxilla seu vicino dente efficiatur, vis autem in manubrio posita sit. Planum inclinatum huius instrumenti anterius vel dentatum vel acutum esse potest, id quod a chirurgo dependet, prout qua nimirum consuevit specie operari. Nobis vtique melius videtur, si planum inclinatum anterius paullo denticulatum incisumque est, nam magis ad corpus radicis apprimi, meliusque eam mouere potest. Inter omnes dentium morbosorum operationes radicum eradicatio hoc instrumento optime fit, quamuis non desint, qui omnes dentes eo euellant, quod vnice a consuetudine manusque vi dependet. Inveniuntur etiam radices, quae nostri instrumenti vim atque efficaciam eludunt, si cum maxilla coalitae sunt. Praeterea habent nonnulli chirurgi in anteriori nostri organi loco planum inclinatum nullum, sed tantum trabs ferrea anterius acuta est, paulloque inflexa, simili modo ac scalprum, quo aeris caelatores lineas cupro insculpunt. Haec species videtur tunc, si radix nimis profunde abscissa est, multum utilitatis praestare, nam acus commode inter maxillam et radicem immissa hanc facile euellat. Applicationem huius instrumenti alias faciliem, difficilem sieri posse, vel saltem admodum frequentem exposcere usum, nemo inficias ibit, quippe cum totius instrumenti virtus atque vis solum a chirurgi firma fortique manu dependeat, cum in reliquis fere omnibus instrumentis operantis Chirurgi vires mechanicas artificias adiuuentur. Pes ille sic dictus Caprae vero optime applicatur sequenti modo. Ante aegrotum chirurgus stet, ac sinistram manus pollicem linteolo obuolutum, dextram autem manum instrumento nostro armatam habeat. Eius planum inclinatum porro vel ad externam, vel interuam, aut ad posteriorem aut anteriorem partem radicis applicet, prout loci radicisque conditio requirit. Quo facto radix pressione manubrii vel extorsum aut intorsum premitur, sic ut manubrium deprimatur, radix vero in inferiori maxilla sursum, in superiori deorsum agatur. Ad operationem caute instituendam requiritur, ut pollex plano inclinato semper appositus sit, nam hoc quandoque, immo saepe degliscit, quo fauces vulnerantur; tuncque vulnera linguae, gingivarum palatique istius infortunii sequelae sunt, non euitandae. Profiteor quidem applicatio-

nem huius instrumenti accurate satis vix describi posse, quoniam in singulo casu, singulae etiam encheires a chirurgo adhibendae sunt, quas experientia sola magistra operantisque ingenium, tandemque partium organica structura docet. Nam operatio hoc instrumento instituta mea ex sententia difficultissima est. Primo enim firma dexterrimaque manus eaque fortis requiritur; deinde moderamine suscipienda est, ut ne euulsio cum impetu siat; tandem, si fortuito aderetam concretamque radicem extrahendam accipias, omnis vis atque efficacia instrumenti inanis euadit. Superest vero alia species, quae posterioribus dentibus dicata, trabem ferream incuruatam habet, sed hanc, quoniam recta ob buccae expansionem etiam applicari potest, putauit potius silentio esse praeter-eundam.

F I N I S.

*A*c haec sunt, Vir experientissime, SCHREVERE amicissime, quae ego, non moris atque consuetudinis, sed animi mei testificandi ergo, hacce dic, meo, disputatoriique nomine Tibi dedicanda existimavi. Non equidem is sum, qui ex leui boce tenuique tyronis specimine in Te laetitiam magnam redundaturam esse, credam. Conscripti omne id, quod vides, eum in finem modo, ut quanti Te faciam, Tibi monstrarem. Neque vero hoc mirum Tibi videbitur, cum adeo multis amicitiae vinculis atque incitamentis nettimur, quae vel minus mansuetum ac ego sum, in amicitiam redderent primum. Eandem enim patriam salutamus, eadem stipendia fecimus, iisdem tandem delectabamur studiis, quo ultimo vinculo sanctius nullo modo datur. Sed Tu ipse etiam animi Tui candore effecisti potissimum, ut ego cum multis aliis non solum Tuam quaererem amicitiam, verum etiam prosequerer. Quamobrem si commilitoni, si conterraneo, si denique ei, qui Te impensè amat, aliquid concedis, hoc concedas quaeso, quod in posterum eundem serues animum, quem hucusque demonstrasti. Nunc vero nihil, quam ut Tibi felicissimos in sequenti practica vita ex animo apprecesserent. Ita vale.















Fig. I. Tab. I.



F. XIV


Tab. II.






Tab. III


F.I




F.II




F.V




F.VI



F.VIII



F.IX



F.X

